

Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiae, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XXIII. Baren. census. De consuetudine Baren. concedente facultatem
repudiandi quandocumque hæreditatem, etiam expressè aditam, an &
quando locum habeat, nec ne.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

quitas in hoc proposito suffragarentur, atque à non
confessione inventarii excusarent; In hoc etenim
9 Sribentes pro reis conventis, ad probandum, quod
Clerici exempti essent à dicto rigore textus in l. fin.
Cod. de jur. delib. vel quod canonica æquitas ab
hoc excusaret, multoque magis utraque circum-
stantia simul accedente, deducebant ea, quæ in hoc
proposito firmant favore Clericorum *Martyr. de ju-*
rificiis. Duard. Squillant. & aliij relati per Capyc. Latr.
dos. 15. num. 11. Et circa æquitatem canonicanam
adducebant doctrinam *Bald.* in l. cum à matre *Cod.*
de rei vendic. num. 11. ubi quod jus Canonicanum at-
tendit solam veritatem naturalem, ideoque si ista
attenta hæreditas non est idonea, non debet hæres
ultra ejus vires gravari, atque ex hac doctrina ad i-
dem inferunt superius allegati relati per *Capyc. Latr.*
dicta decis. 15.

In hoc autem, Ego sribens pro Monte. (etiam
cum sensu veritatis, qualem quoque habuit Rota)
advertebam, quod ad æquivoca evitanda plures in
hoc proposito distinguendi sunt casus.

Aut enim agitur de clero, qui ex testamento,
vel ab intestato sit hæres jure proprio, & privato ra-
tione sanguinis, vel affectionis personalis, indepen-
denter clericatu, qui accidentaliter in eo reperie-
tur, ut in praesenti, & tunc omnino verius est, ut iste
non differat à laico, cum nulla urgeat ratio discri-
minis, ut ceteris relatis latè probant *Menoob. cons.*
29. num. 15. & seqq. Staibani jun. resol. 23. & hanc o-
pinionem examinato articulo tenet Rot. decis. 72.
par. 2. divers. cum concord. in dicta secunda huic cause decisione coram Corrado decis. 58. par. 10.
rec. num. 51. Atque hoc jure vivitur, quoniam jus
civile servandum est etiam cum clericis in foro Ec-
clesiastico ex eisdem juris Canonici dispositione,
ubi ei non adverteretur.

Aut vero agitur de Clerico hærede ratione Cle-
ricatus, & Ecclesie, tanquam s. Prelato, vel benefici-
ario, & tunc rectè intrat conclusio, non favore Cle-
rici, sed favore Ecclesie, quia in effectu est hæres, &
quam hodie extra controversiam receptum est, non
teneri de proprio, ultra vires. Non quidem ex pri-
vilegio, sed ex ea congrua ratione, quod jure pupilli
habetur, cui tutoris negligencia præjudicare non
potest, non confiando inventarium.

Quo vero ad Canonicanam æquitatem, ea rectè
procedit in foro interno, qui cum veritate naturali,
non autem cum subtilitatibus positivi juris regula-
tur; Verum quoad forum externum, magis rece-
pum est, eam non suffragari, ut advertunt *Gennens.*
in practicabil. Ecol. cap. 373. Staibani. dicta resol. 23.
Capyc. Larr. dicta decis. 15. apud quos ceteri. Atque
ita declaratum fuisse per Bullam Clem. VIII. refer-
unt *Quarant. in fammas bullar. verbo fabrica San-*
ti Petri, Ronii super pragm. 1. de legat. p. 11. num. 13. Taliisque est recepta praxis ex triplici ratione; Pri-
mo quia ipsummest jus Canonicum in cap. 1. denovi
oper. nuncias. & alibi disponit, ut servari debeat
14 jus civile in iis, in quibus sacris canonibus non ad-
verteatur; Secundò, quia hæres adeundo hæreditate
tem gerere dicatur quemdam quasi contractum su-
per futura aequali, & damni, quod ex hæreditate
resulnare potest; Et tertio quia hæres non confienc-
do inventarium, ac non utendo adeò congruo, ac
usitato legis beneficio, præsumitur in aliquo dolo,
vel constituitur in sinistra suspicione, ideoque æ-
quitate dignus non est, cum in foro externo incer-
tum si an habeat in manibus; Quando enim aliqua
subest justa causa, quæ excusat, tunc succurritur
cum beneficio restitutionis in integrum, de quo la-
de Rot. decis. 182. par. 9. rec. & habetur alibi *huc cod.*
nit.

Probabilis autem ratio dubitandi cadere vide-
tur, ut ipsa Ecclesia, vel pia causa, quando est actrix,
& contendit de lucro captando, putà de legis, ex
regula, quod quisque juris &c. debeat hanc æquita-
tem servare, quando verè constat, quod hæres non
habet in manibus; Atque in hoc sensu capienda vi-
detur doctrina *Bald.* in dicta l. cum à matre, ut ad-
vertitur apud *Franch. decis. 536. nn. 29. & 30.* & sen-
tire etiam videtur *Rot. doc. 493. p. 4. rec. tom. 2. n. 28. &*
29. quod tamen impugnat *Staibani. jun. dicta resol.*
23. num. 17. & seqq. non tamen adhuc occasio dedit
id firmiter disputare.

Demum quoad ultimum punctum processus
executivi in persona, & bonis propriis, de quo a-
ctum fuit in secunda instantia coram *Arguell.* Mihi 17
(quamvis obtinenter) resolutiones nimium rigorose
vise sunt, quamvis enim vera sit conclusio, alibi et
iam hoc tu. insinuata, cum qua in decisionibus coram
Arguelles proceditur, ut eadem via exequitiva, quæ
competit contra defunctum, competat etiam con-
tra hæredem, etiam in persona, & bonis propriis,
quando est certum, illum non esse beneficatum; At-
tamen punctus difficultatis est in hac circumstantia,
quoniam, ut præserit advertitur in *Roman. aug-*
menti dotti discursus p. 24. quando hæres exhibet in-
ventarium, vel si non exhibet, allegat, & aliquam dat
probationem, quod conficerit, sed amissum sit jux-
ta casum, de quo in *Arianen. disc. 19.* replicetur au-
tem illud esse deficuum, sive probationem amissi-
onis non esse sufficientem, (ut in praesenti conti-
nabat) tunc id è allegato discussione, ac exigit, seu admit-
tit extrinsecas probationes, sive (ut Neapolitani
dicunt) intrat terminus in causa, & consequenter
impracticabilis est. Processus exequitivus, quoniam
hæres rectè allegare potest vulgate dicitur, non
probata probabo, atque illas probationes in una in-
stantia factas, in alia supplebo; Ipsaque declaratio
Judicis, quod factæ probationes non sufficient,
complicat peritorum, ideoque est appellabilis.

Fortius vero in hac facti specie, quod aditio hæ-
reditatis facta fuerat per matrem, & tutricem, seu
curatricem hæredum minorum, & pupillorum re-
spectivè, ex cuius culpa inventarium legitimè con-
fectum non erat; Id etenim creditoribus suffragari
bene dicebam ad repellendam supradictam exce-
ptionem crediti dotalis anterioris ejusdem culposæ
tutricis, non autem, ut in hoc judicio procedi pos-
set contra ipsos minores, quamvis effecti majores
aditionem ratam haberint, pluresque actus hære-
ditarios fecerint, ut in decisionibus ponderatur,
quoniam id agere potuerunt justè presupponendo,
ut eorum tutrix, vel curatrix legitimè, ac ser. ser. ut
tenebatur, hæreditatem adierit, atque cum hujus
principii presupposito alios actus consecutivos, seu
continuativos fecerint, ut advertitur supra in *Ro-*
man. census, & in Pernina disc. II. & 12.

BAREN.

CENSUS.

PRO

PAULO CARDUCCIO,

CUM

JOANNE ANDREA GERUNDO,

Casus disputatus coram A. C. & resolutus pro
Carduccio, pendet in Rota.

De consuetudine Baren. concedente facul-
tatem

De LUCA
de
stamentis
etc.
GVI
9

tatem repudiandi quandoeumque hæreditatem, etiam expressè aditam, an & quando locum habcat, nec ne.

SUMMARIUM.

1. **C**asus controversia.
2. **H**æreditas semel adita, repudiari non potest, & de restitutione in integrum adversus repudiationem remissoe.
3. Fallit de consuetudine Baren, & de ejus ratione.
4. An de canonico aequitate hæres, qui non conficit inventarium excusat, ne teneatur ultra vires.
5. De aliis rationibus dictam consuetudinem substantiatis.
6. Quando beneficium inventarii prodiit.
7. Consuetudines antiquæ redactæ in scripturam de Principiis auctoritate fortius attendenda.
8. De historia legi tam juris communis Romano-rum, quam juris Longobardorum.
9. Bonas stabiliæ non possunt latere, neque de facilis dissipari.
10. An inventarii omisso prædicere, ubi certus est status bonorum.
11. De ratione dubitandi de dicta consuetudine, & quomodo in ejus praxi procedendum.

DISC. XXIII.

Plures articulos continebat ista controversia, habita inter Carduccium, & Gerundum; Præceteris autem, cum Carducius adiisset hæreditatem Pauli senioris avi & debitoris, per actum expressum judicalem, qui in regione *proambulum* dicitur, deinde vero, detinere hæreditate alieno gravata, atque prætendens ex propriis juribus à quadam donatione resultantibus, ejusdem Pauli bona retinere in exclusionem creditorum, inter quos pro majori parte erat Gerundus, idcirco dictam hæreditatem vigore consuetudinis Baren, in scriptis redacta, qua incipit. *Ex rerum argumentis, sub titulo, qualiter possit adita hæreditas, &c. repudiavit, unde propterea assumpta fuit coram A. C., ad quem in gradu appellationis causa devoluta erat, disputandus hic punctus, an scilicet dicta repudatio suffragaretur, nec nisi vim dicta consuetudinis.*

Eaenim cessante, egomet pro Carduccio scribens, attentâ juris dispositione, admittebam regulam esse in contrarium, quod scilicet semel hæres, non potest amplius definire scilicet hæres, quodq; hæreditas adita repudiari non potest in præjudicium creditorum, aliciorum quibus jus quantum esset, nisi ratione minoris atat, vel ex alia justa causa, ob quam etiam in majore ex clausula si *qua niki & collocus* esset restitutio in integrum, de qua latè decis. 82. par. 9. recent. qua reputatur in materia magistralis, & supra in *Pernissa* hoc eodem titulo discut. 12. Vel nisi ob non servatas solemnitates statutarias, actus esset invalidus, quo casu res magis de plano procedit.

Pro repudiante autem, probabilius respondendum esse dicebam, atque ita per A. C. judicatum fuit, pendet tamen causa in gradu appellationis in Rota; Siquidem consuetudo predicta est clara, ita litteraliter disponens, eamque esse in viridi observantia effatur *Maxilla* in *commentarij ad eamdem m.s.* ubi rectè ostendit, quod licet alias ea multis sapientibus absconspicere, atque terribilis visa esset, & quia tamen, ac justa, & sancta censenda est, quoniam ubi non sit de usurpatione bonorum, vel eisdem

magna præsumptio non urgeat, tunc nimia juris civilis rigorositas esse videtur, ut hæres de proprio teneri debeat ultra vires hæreditarias; Adeò ut plurimum Canonistarum, ac Moralium sententia sit, (quam veram credit *Maxilla*,) ut de Canonicâ exquitate circumscriptâ etiam dictâ consuetudine, hæres ultra vires teneri non debeat.

Et quamvis hæc opinio in foro interno vera, in externo tamen recepta non sit, dum magis communis, ac recepta opinio est, ut etiam attenta dispositione juris Canonici, hæres non conficiens inventarium, creditoribus, & legatariis in solidum teneatur, aliquæ effectus præjudiciales adeunti resulant, ab inventarii beneficio aliâs præservati, ut lique expletè deductis per Rot. decis. 72. par. 2. divers. & latius decis. 58. numer. fin. par. 10. rec. atque occasione Clericorum agitur in *Bizumina* disc. præced. Attamen cum non desint tenentes contrarium, de quibus apud *Capyc. Laur. decis. 15.* Rotul. pragm. 1. de legatis piis *Genuen*, *practicab. Eccles. cap. 739.* ita patet, ut id non percutiat jus gentium, neque sit contra bonos mores naturales, seu quod talen habeat juris resistentiam, ut consuetudo hæc iniqua, & invalida reputari debeat.

Altius vero, ac à priori discurrendo articulm in modo ratiocinativo (ut verè agendum est, quamvis pragmaticorum ignaro vulgo non placeat) Dupliciter dicebam, quod hujusmodi consuetudo juris communis correctior, nimium exorbitans censeri non debeat; Primò nempe, quia beneficium inventarii præservativum molestiarum in persona, & bonis propriis, & confusionis actionum, sicut rationabile quidem, ac justum, sed modernum inventum juris novissimi Justiniani post Digestorum, & Codicis, & Authenticorum compilationem in l. fin. Cod. de jur. deliber. dum priori, antiquo, medio, & novo jure attento, & quando istud beneficium ignoratum erat, hæres qui hæreditatem agnoscebat, poterat intra annum, quidabatur ad deliberandum, illam repudiare, reddendo solum rationem administracionis de bonis hæreditatis in eum obventis, eo modo, quo de simplici administratore in iure dispositum est; Ex hoc autem resultat, quod consuetudo non dicitur percutere substantiam rei, sed solum majorem diuationem temporis, ut nempe id, quod jus concedebat fieri posse infra annum, consuetudo concedat, ut fieri possit, etiam post plures, & sic non est exorbitantia omnimoda.

Et quando etiam esset talis, attamen ut potest contra nudum jus positivum, non percutiens jus gentium, vel bonos mores naturales, rectè attendenda est, dum omnia legitima consuetudinis habent requisita; Potissimum quia, ab antiquissimo tempore, de Principiis etiam placito & confirmatione, redacta est in scripturam more legis, ex iis quæ advertuntibiles *Maxilla*, ac etiam cæteri commentatores *lliarum* consuetudinum, quæ in scripturam redactæ sunt, præfertim *Napordan*. ad consuetud. *Neap. Cura* super ritibus *Giurb.* ad consuetud. *Messan.* & similares.

Et secundò, quia juxta legalem historiam frequenter enuntiatam sub diversis materiis, præfertim sub iii. de servit. disc. 1. Quamvis dictum jus novissimum Justiniani, probabilius prodierit per pluræ saecula, priusquam inducerentur hujusmodi consuetudines, derivantes ab introductione, ac usu juris Longobardorum, quorum morem illa Civitas, & taque provincia retinuit, non obstante illorum expulsione per Græcos, & successivè per Normandos, istudque jus est absque dubio posterius, dum hiltorici volunt, quod Longobardi in Italiam ab indignatione Nat-